

constans, fusibileque Sal, Lapis Philosophorum, qui nullo modo, nisi per naturalem artem, humanamque scientiam, quæ heic auxilium præstat, inueniri poterit. Libere nunc tibi edico, quod, tu Laborator, sine me opus haud possis perficere, quodque absque te, tamquam ministro meo, in eo nihil & ego quoque queam efficere: Per me, & te vero, opus breui tempore lucraberis.

Missos fac Sophistas, eorumdemque fallacia opera: missos fac diuersos ipsorum alembicos, & vasa: missum quoque fac finum equarium, totque ignes carbonarios, quæ omnia nihil omnino profunt. Relinque metalla aliaque: transmuta multo potius elementa in speciem mutabilem, quæ Philosophorum præstantissima est materia, quam tamen rerum imperiti reijciunt. Iuxta substantiam suam auro est similis, secundum essentiam vero, dissimilis. Transmuta elementa, & quod quæris, inuenies. Mea autem est sententia vt infimum sublimes, & superius inferius facias. Recipe igitur argentum viuum, quod operante cum suo sulphure mixtum est: illud in bene obserato vase, vnicoque alembico, ad partem tertiam inhumato, igni Philosophorum adponito, & ne fumosum fiat, bene custodito. Hoc fac, mihi que confide. Relinquas etiam, mi fili obsecro, omneis reliquas species, non vero materiam sume, à qua mineræ suum sumunt initium. Plura tibi nunc non impero, sed adiuro te, quod me, Naturam sequi necessum habeas.

CONTRARIA CHIMICI RESPONSIO IN

qua errores suos fatetur, & eorumdem deprecatione Naturæ agit gratias.

(Chimicus.)

Cha-

*Thesaur. Chymic. Vol. 1. p. 277.*  
*Vol. 2. p. 47.*  
*Thesaur. Chymic. Vol. 1. p. 100.*  
*Vol. 3. p. 1.*  
*Vol. 4. p. 321.*  
*Vol. 5. p. 151.*  
*Vol. 6. p. 279.*

*Proprietas Alchym. 28.*  
*Vol. 1. Th. Chymic. pag. 68.*  
*Substantia in fimbria hinc hinc pro materia, (Galli, Luteri)*  
*Essentia vero pro forma mixta*  
*Thesaur. Chymic. vol. 3. p. 326. et 327. Vol. 5. p. 581. Vol. 4. p. 639.*  
*Vol. 1. p. 821. 822.*  
*Vol. 4. p. 321.*  
*non omnino ad perfectio non de natura sed a natura mixta*  
*Thesaur. Chymic. Vol. 1. p. 821. 822.*  
*item Thesaur. Chymic. Vol. 5. p. 684.*  
*Vol. 1. p. 253. 263.*